

indicaret, quod etiam Indith praenuntiaverat, cum dixit (*Iud. 13*): *Et in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam promissit domui Israel.*

Sexto colligit excellentiam huius Mariani epithalamii ex eo, quod novissimum omnium sit. Solent quidem inter musicos, ceteris paribus, aestimari novae, quam antiquae cantiones; novissimas autem omnium constat eas fuisse, quas cecinerunt Maria, Zacharias, et Simeon: inter has vero primas fert canticum: *Magnificat*, quia cum novum fecerat Dominus super terram, mulier circumdabit eum, plures quidem quam in reliquis inauditaevitates in illud simul confluxerunt. Nam quae cuncti, mater est virgo, Deum et hominem ventre gestans, et quem coeli coelorum capere non poterant, ipsa suo ulero concluserat. Deinde nova mysteria reserabat, novo, et inaudito amoris, humilitatis, et religionis affectu, illa manifestat, Verbi scilicet divini incarnationem, eiusdem natalitatem, gratiae eius collationem, peccatorum remissionem, inferni devastationem, ac coelestis beatitudinis consequentiam. Quid ergo mirum, si David tot nova in hoc Mariano cantico commemorari praevideos in spiritu dixerit (*Psal. 95*): *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra?*

Licet autem canticum hoc novum sit, antiquae tamen, ac vetustissimae illius praecesserunt umbrae, et figurae: nam olim Maria soror Moysis ob demersum in mari rubro Pharaonem, prima in gratularum actionem dulce cecinit canticum. Debora propter occisum Sisaram, cuius tempora clavo terebraverat, eo quod populum Dei affligeret, canticum ad divinas laudes decantandas composuit. Anna mater Samuelis simile aliud cecinit, ob felicem partum coelestis sibi datum: haec omnia cantica quid quaeso aptius adumbrabant, quam canticum Mariae, quae caput, non Holofernis praecidit, aut Sisaram confodit, sed antiqui serpentis contrivit, et quae futura erat, ut non partum puri hominis, ut Anna, sed Dei pariter, et hominis, divino Spiritu afflante, suavis sima suae vocis melodia cantaret? Ut autem aperte innolescat, quam egregie canticum praecipue adumbravit, observare oportet, quod illa cecinit (*1. Reg. 2*): *Exultavit cor meum in Domino: Maria: Exultavit spiritus meus in Deo salvatori meo: illa cecinit: Arcus fortium superatus est, et infirma acinetti sunt robore; Maria innotuit: Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles: illa cecinit: Repleti prius propinibus se locaverunt, et famelici saturati sunt; Maria: Esurientes implevit bonis, et ditites dimisit inanes: laudem si Anna dixit: Exultavit cornu Christi sui; eundem fere sensum reddunt illa Mariae verba: *Fecit potentiam in brachio suo, et exaltavit humiles.**

Septimo inde non parum excellentia huius cantici mihi delegitur, quod cum alicuius canticum Salomonis adeo perfectum omnibusque numeris absolutum esse perhibebatur, ut propterea cognomen hoc *Canticum canticorum* quasi iure suo sibi vindicaverit, ut auctor est d. Bernardus, s. Thomas, Rupertus, et alii; nihilominus tamen canticum hoc Mariae tantum illud

praecellit, quantum figuratam figuram, et veritas umbram. Certe canticum illud Salomonis causas huius Mariani elegit admissum praefigurat: ibi postulat sponsa unionem Verbi divini cum natura humana sub metaphora (*Cant. 1*): *Osculetur me osculo oris sui;* hic unio ipsae executioni mandata commemoratur: ibi quaerit sponsa: *Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie;* hic ostenditur in thalamo Virginis requiescere, et alimento ab ea subministrato infantem Iesum intra viscera eius nutriti: ibi dicebat sponsa: *Trabe me post te, currens in odorem unguentorum tuorum;* hic Ioan-nem trahit Christus ad se, qui per peccatum originale valde ab illo erat elongatus: ibi de originali ait (*Cant. 2*): *Ecco iste venit saliens in montibus, transitens colles;* hic de Maria, utero suo tamquam in thalamo sponsum deferente, refert evangelista, quod *abit in montana cum festinatione:* ibi quaerebat sponsa in lectulo sponsum (*Cant. 3*): *In lectulo meo quasi cum eum, et non invenit;* hic virgineo Mariae ventre clauditur, et a Ioanne, et Elisabeth invenitur: quod ab illis divino quodam infuso lumine ad possim illustrabatur, non solum veraciter nostrae colligerit tympanistriae, sed multo sublimiori modo, quam illi fingebant, utpote quam Spiritus sancti dulcis aura afflabat, ac suavem eius vocem reddebat, adeo ut sponsum illam auscultare desiderans, diceret (*Cant. 2*): *Sonet vox tua in auribus meis.* Hinc Hugo Viet. (*ho. sup. f. 6. quat. temp. in adde.*), quem paulo ante citavimus, haec sapienter scripsit: *Nemo huius cantici verba potest leviter aestimanda, quae nimirum de tam profunda conceptione prolata sunt, et absque profunda investigatione digne penetrari non possunt, et omne, quod dictum est, ab illa summae veritatis intima luce, cui mens Virginis excellenter inhaeserat, emanavit, aliud quicquam dicere potuit, quae meditando loquuta non est.*

Ultimo excellentiam huius cantici colligere licet ex magno honore, quem Ecclesia catholica romana a Spiritu sancto edocta, ei defert, qui adeo singularis est, ut nullum diem praeterlabi sinat, in quo illud in templis non resonet, et ab omnibus ecclesiasticis in canonicis, et vesperinis horis non recitetur: cuius sane non immemor Beda (*hom. de visit.*) dixit: *Optimus, ac saluberrimus in s. Ecclesia mos inolevit, ut hymnus b. Mariae, quotidie cum psalmodia vespertinae laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium, et frequentior dominicae incarnationis memoria ad effectum devotionis, et praecipitata sapientis exempla Genitricis illius in virtutum soliditate confirmet.* Quod si canticum, *Benedictus*, quotidie in laudibus recitat Ecclesia catholica, id etiam in laudem Virginis cedit, quae visitationis suae mirabili virtute Zachariae mentem illuminavit, ut propheticum illud vaticinium modularetur. Ad extremum illud forsitan quispiam circa hoc canticum nosse desiderabit, an soluta oratione, an vero debita carminis mensurae habita ratione b. Virgo illud composuerit. Quidam doctores haesitant, mihi tamen coniunctum magis cum ratione videtur, carmine, et metri rarisica saepe ob subintrantem pulverem raucescunt, aut suavitate amittunt, in Marianum autem organum, nec minimus peccati venialis pulvisculus unquam subintravit, ut sacrum conc. Trid. diffusiuit; unde suavi sua melodia non potuit unquam carere. Quid quod tympanistria nostra canendi arte primas inter omnes tulit; non secus, ac philomela inter omnes aves? unde quae Ovidius de ista egregia carmina cecinit, potiori iure, multoque congruentius in coelestem hanc conveniunt philomelam:

Dulcis amica veni, noctis solatia praestans,
Ta Philomela potes vocum discrimina mille
Mille vales varios rite referre modos.
Nam quamvis aliae volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulatos aequivalere tuos.
Iaspuper est avium spatii garrirae diurnis,
Tu cantare simul nocte dieque potes.
Sancta tamen Domino deprecans munera laudis.

Sed quas praeclaras quaeso, ac sublimes non concineret Maria laudes, cum id quod fabulosi poetae de suis musis venditabant, nimirum, quod ab illis quodam infuso lumine ad possim illustrabatur, non solum veraciter nostrae colligerit tympanistriae, sed multo sublimiori modo, quam illi fingebant, utpote quam Spiritus sancti dulcis aura afflabat, ac suavem eius vocem reddebat, adeo ut sponsum illam auscultare desiderans, diceret (*Cant. 2*): *Sonet vox tua in auribus meis.* Hinc Hugo Viet. (*ho. sup. f. 6. quat. temp. in adde.*), quem paulo ante citavimus, haec sapienter scripsit: *Nemo huius cantici verba potest leviter aestimanda, quae nimirum de tam profunda conceptione prolata sunt, et absque profunda investigatione digne penetrari non possunt, et omne, quod dictum est, ab illa summae veritatis intima luce, cui mens Virginis excellenter inhaeserat, emanavit, aliud quicquam dicere potuit, quae meditando loquuta non est.*

Ultimo excellentiam huius cantici colligere licet ex magno honore, quem Ecclesia catholica romana a Spiritu sancto edocta, ei defert, qui adeo singularis est, ut nullum diem praeterlabi sinat, in quo illud in templis non resonet, et ab omnibus ecclesiasticis in canonicis, et vesperinis horis non recitetur: cuius sane non immemor Beda (*hom. de visit.*) dixit: *Optimus, ac saluberrimus in s. Ecclesia mos inolevit, ut hymnus b. Mariae, quotidie cum psalmodia vespertinae laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium, et frequentior dominicae incarnationis memoria ad effectum devotionis, et praecipitata sapientis exempla Genitricis illius in virtutum soliditate confirmet.* Quod si canticum, *Benedictus*, quotidie in laudibus recitat Ecclesia catholica, id etiam in laudem Virginis cedit, quae visitationis suae mirabili virtute Zachariae mentem illuminavit, ut propheticum illud vaticinium modularetur.

Ad extremum illud forsitan quispiam circa hoc canticum nosse desiderabit, an soluta oratione, an vero debita carminis mensurae habita ratione b. Virgo illud composuerit. Quidam doctores haesitant, mihi tamen coniunctum magis cum ratione videtur, carmine, et metri rarisica saepe ob subintrantem pulverem raucescunt, aut suavitate amittunt, in Marianum autem organum, nec minimus peccati venialis pulvisculus unquam subintravit, ut sacrum conc. Trid. diffusiuit; unde suavi sua melodia non potuit unquam carere. Quid quod tympanistria nostra canendi arte primas inter omnes tulit; non secus, ac philomela inter omnes aves? unde quae Ovidius de ista egregia carmina cecinit, potiori iure, multoque congruentius in coelestem hanc conveniunt philomelam:

Dulcis amica veni, noctis solatia praestans,
Ta Philomela potes vocum discrimina mille
Mille vales varios rite referre modos.
Nam quamvis aliae volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulatos aequivalere tuos.
Iaspuper est avium spatii garrirae diurnis,
Tu cantare simul nocte dieque potes.
Sancta tamen Domino deprecans munera laudis.

sione illud cecinisse: nam si Maria soror Moysis, Debora, Indith, Ester, et Anna, quae Mariae typon gerebant, carmine cantica sua cantarunt, non est negandum, quod, qui non carmina has insignes foeminas, sed et pastores salmas ad divinas laudes canendas conficere docuit, excellentius b. Virgineum, dum in thalamo eius delitesceret, eodem genere canendi erudiverit; maxime cum id partem ad excellentiam, et venustatem cantici pertineret: unde d. Augustinus (*ser. de S. qui est 10. de Ann.*) b. Virgineum tympanistria vocavit: *Audite quomodo tympanistria nostra cantaverit: ait enim: Magnificat anima mea Dominum: immo Rutilius Benzonius epis. Laurelanus affirmat, tanta fuisse canticum hoc metri diversitate cumulatam, ut omnium canticorum, et psalmodiarum compendium quoddam b. Virgo in lumen ediderit. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA X.

Singula haec verba: Magnificat anima mea Dominum, secundum literalem, et mysticum sensum pulchre explicantur.

Cum beata Elisabeth Spiritus sancti aura afflata, et ex eius imperio, ut praecognovit Debora, multis praeconiis illam cumulasset, beata Virgo pro singulari sua humilitate nihil proesus de auditis laudibus sibi arrogans, in Deum tanquam in honorum omnium auctorem bona omnia sibi ab eo collata retulit, suavi modulans concentu: *Magnificat anima mea Dominum.* Ubi impletam intueor sententiam illam Sapientis ore prolatam (*Prov. 27*): *Quomodo probatur in consolatorio argenteum, et in fornace aurum; sic probatur homo in ore laudantis.* Familiare quidem est iis, qui humilitatis virtute praediti sunt, quando laudari se sentiunt, laudem causam subtrahere, aut propriam occultando excellentiam, si possunt, ut in Deum, quae in se sunt laude digna, referendo, si illud primum facere nequeant. Magna profecto encomia a b. Elisabeth audierat sacra Virgo, quorum causas occultare nec suum erat, nec debebat. Non quidem suum, quia illa Spiritu sancto repleta loquebatur: neque eilla debuit, quia quae ad fidelitatem, et Dei gloriam confirmandam spectant, quando temporis occasio, et personarum ratio postulat, silentio non sunt involvenda, etiam si ad laudem propriam faciunt, dummodo propria gloria non quaeratur. Unde sicut, cum magnorum principum nuptiae celebrantur, varia solent poetica cantica, seu epithalamia intonari, ita in celebratione nuptiarum Verbi divini cum natura humana, de quibus apud Matthaem dicitur, quod aeternus Pater fecit nuptias Filio suo, adfuit divina tympanistria Maria sacrum illud poemata, *Magnificat anima mea*, concinens in laudem divini Sponsi, de quo David (*Psal. 48*): *Tantum sponsus procedens de thalamo suo: quae sane melius, quam David tuum usurpare de se posset illud* (*Psal. 49*): *Inmisit in os meum canticum novum.*

rum, *carmen Deo nostro*. Sed ut iam expositionem aggrediamur, illud mirabile certe est, quod cum Deus nec augmentum, aut decrementum recipere possit, Deipara nihilominus asserit se illum magnificare: Ecclesiasticus quidem dixit (Eccl. 8): *Non est minuere, neque addere, nec est invenire magnalia Dei: et paulo inferius subiunxit: Quis magnificavit Deum, sicut est ab initio quasi dicat: Nemo: etenim cum Deus sit infinitus, et infinito nihil sit maius, neque illi possit fieri additio, ut docuit philosophus Arist. (3. phys.), consequens videtur non posse Deum magnificari. Nodum hunc facile solvemus, si varias significationes, variosque modos Deum magnificandi tradiderimus. D. Augustinus (ser. 35) versans hæc Virgini verba inquit: *Sed sciendum nobis est, duobus modis dici, magnificari, idest, aut magnum facere, aut magnum adorare, magnum admirari: quibus aperte docet, Deum non magnificari, quia aliquid in se magnitudinis incrementum suscipiat, sed quia illum magnum esse prædicamus. Consentit eidem expositioni Eusebius Emissenus (hom. fer. 6. 4. Temp.) dicens: Dominum magnificat, qui Dominum magnificentiam prædicat. Ad stipulatur eadem Theophrastus (in cap. 1. Luc.), dum ait: *Virgo certior reddita de fructu concepto, glorificat Deum, illi miraculum tribuens, non sibi ipsi.* Cancellarius etiam parisiensis (sup. Magnif.) eandem sequens expositionem inquit: *Haesitas non intelligens Scripturas, quemadmodum Dominus a creatura magnificatur: non in augmentum sui in se, sed quia magnum esse prædicatur, canitur, et laudatur.* Eandem etiam sequenti sunt venerab. Beda (hom. fer. 6. 4. Temp. adent.), Theophylactus (in c. 1. Luc.), et Euthymius (ibid.): quare in hoc sensu perinde fuit dicere: *Magnificat anima mea Dominum*, ac si diceret: Tu o Elisabeth me laudas, et magnificas, quod benedicta sim inter mulieres, quod beata sim eo quod crediderim, quae dicta sunt mihi, ac tandem eo quod Dei mater effecta sim; verum ego laudo, benedico, et adoro Dominum meum, horum omnium honorum munificentissimum largitorem, in quem omnia hæc refero, cum nihil habeam, quod ab eo non acciperim: et quia tot, ac tantis divinis numeribus me Dominus sublimavit, ut nulla lingua fecundia exprimi queat, interiori animi affectu, et exiti hæc laude illum prædico. Hic velim discere viri perfecti Mariana vestigia sequentes, ut in omnibus maiorem Dei gloriam quaerant, omniaque coelitus divina charismata sibi communicata ab illo perenni totius sanctificatis fonte Christo Iesu accepisse fateantur, nihil sibi, præter peccata asseribentes. Sacra narrat Regum historia (2. Reg. 12), fortissimum illum ducem Ioab recussasse in bellum quoddam proficisci absque regis Davidis consensu, ne gloriam expectatae victoriae David defraudaretur, dum absque eius presentia parva fuisset (ibid.): *Ne nomini meo ascribatur victoria: non dissimiliter viri perfecti, ad quos pertinet bona sua opera in publicum prodere, iuxta illud (Matt. 5): Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est, sollicitam curam gerere debent, ne eis propriae gloriae cupido subrepat, sed potius***

hostium suorum victoriam ac appetitum carnalium repressionem, et his similia, in Christum Dominum referant, illud Ioab usurpantes (Iud. 7): *Ne nomini meo ascribatur victoria.* In lib. etiam Iudicum legitur, quod cum Gedeon gloriosam illam de Madianitis tulisset victoriam, omnes milites clamabant: *Glorias Domini, et Gedeonis*, vel, ut alii vertunt: *Dominus, et Gedeoni*: hi certe partim gloriae Deo, partim Gedeoni, quasi sacrificium illius facientes, in quo victima dividebatur inter Deum et sacerdotes, deferebant; at beatissima Virgo quasi holocaustum offerens, quod totum in Dei honorem absque divisione absumebatur, nullam gloriae partem sibi arrogavit, sed totam in Deum contulit; non partem magnificentiae sibi usurpavit, sed totam magnificentiam Deo adscripsit, dicens (Luc. 1):

Magnificat anima mea Dominum.

Ceterum S. Basilius, præfatam interpretationem filiorum Patrum, quos adduximus, non respiciens, aliam addit (in comment. Psal. 29) exponens illa verba: *Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, ubi inquit: Si Deus in caelo sursum, et tu in terra dorsum, quoniam paulo Deum quas exaltare? Quid igitur hæc verbis pollicetur propheta? an quod forte ab his dicitur exaltari: qui magna, et quae Deum nihil dedecant, intellectu et cogitatione apprehendunt, et vitam omnem ad unius gloriam Dei componunt? qui igitur ad beatitudinem cum scientia properat, Deum exultat; qui viam ingreditur huius oppositam, nefas est dicere, quantum hic Deum in seipso humiliat. Vult sane d. Basilius, quod sicut per pravam conversationem Deus blasphematur, ut divus Paulus (ad Rom. 3) dixit: *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes: et Ezechiel filius Israel improprie, quod pollutant nomen sanctum suum in gentibus; sic per puram, et inculpatam vitam laudatur, et magnificatur Deus, Apostolo ipso dicente (ad Phil. 1): Nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.* Sed quanto magis quaeso in corpore Mariae magnificatus fuit Dominus, dum in utero eius humanam carnem assumpsit? Isaias (c. 33) dixit: *Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in caecelis: sed multo magis magnificatus fuit, habitans in humili Virginis thalamo: nam cum in hac habitatione mortalitatis nostrae excellentius, quam in reliquis operibus potentia, sapientia, ac bonitas divina se ostentaverit, consequens est longe magis in illa, quam in reliquis Deum magnificatum fuisse. Atque ab hac expositione non longe abest alia d. Ambrosii (lib. 2. in Luc.), eadem verba exemplo imaginis elucidantis; sic enim ait: *Magnificatur Dominus, sicut et alibi legitur: magnificatur Dominum mecum: non quod Domino aliquid humana voce possit adiungi, sed quia magnificatur in nobis: imago enim Dei Christus est; et ideo si vestrum religiosum fecerit, anima illam imaginem Dei, ad cuius similitudinem creata est, magnificatur; et ideo dum magnificat eam, magnitudinis eius quadam participatione sublimior fit, ut illam imaginem splendido honorum calore fa-***

ctorum etiam quadam aemulatione virtutis in se videatur exprimere. Hoc ipsum exemplo speculi explicari posse arbitror: si speculum parvum ante ingentem statuum, qualis fuit illa Nabuchodonosor, proponatur, parvam statuæ figuram referat, quia non potest ampliore aut maiorem illam reddere, quam sit propria ipsius speculi magnitudo; at si speculum magnum sit, magnum statuæ sibi obiectæ figuram reddet; itaque speculum iuxta maiorem, vel minorem suam capacitatem, maiorem, vel minorem rem sibi obiectam representat. Certe humana natura præclarum quoddam speculum est, in quo Dei imago resplendet, ut non obscure indicant verba illa (Genes. 1): *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram*; hoc autem speculum tanto maius, vel minus est, quanto paucioribus, vel pluribus divinis charismatibus anima ornata est; unde quae paucis, certe propter eius parvitatem, parum de Dei excellentia refert, quae vero maioribus, magnitudinem eius magis ostendit: quia ergo beatissima Virgo inter omnia tam humana, quam angelica specula, et maiora coelestia munera in eam collata, amplioris dignitatis fuisse perhibetur, ideo Dei magnitudinem plus omnibus retulit, et consequenter plus omnibus illum magnificavit.

Tria quoque speculorum genera non semel observari: quaedam enim reperies rotundæ, et prominentis, quaedam figuræ planæ, quaedam denique nec prominentis, nec planæ, sed concavæ figuræ; illud autem discriminis inter hæc invenitur, quod quæ in speculis quasi tumens, et prominentis figuræ representantur, licet alioquin in se magna sint, parva tamen apparent, tantoque minora, quanto specula tumensiora, et prominentiora fuerint; quæ vero representantur in speculis planis imperfectis, nec parva, nec magna, sed mediocria visui se exhibent; quæ tandem in speculis concavæ figuræ representantur, magna apparent: non secus superbi homines instar lumentum, et prominentium speculorum, Deum, alioquin magnum, parvum et exiguum referunt: nam ut elegant, et acute dixit Origenes (hom. 8. in Luc.): sicut Deus bonis operibus nostris magnificatur, ita et pravus minoratur; verba eius sunt hæc: *Cum grandem fecero imaginem, idest animam meam, et magnificaveram eam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur, et ipse Dominus, cuius imago est, in nostra anima magnificatur; et quomodo crescit Dominus in nostra imagine, sic si peccatorum fuerimus, minuitur, ac decrescit: viri autem iusti, et sancti, imperfecti tamen pro humana fragilitate, tanquam imperfecta specula plana, Dei quidem imaginem representant, sed nec parvam, nec magnum, sed mediocre; viri autem perfecti, tanquam specula concava, ac profunda, ob profundam eorum humilitatem Deum referunt magnum, utpote magna in illis operantem; unde seraphicus noster d. Bonaventura explicans eadem verba: *Magnificat anima mea Dominum, dixit: Tunc anima nostra vere Deum magnificat, quando sub ipso seipsum captivat et humiliat, iuxta illud Ecclesiastici: quoniam magno potentia Dei solius, et ab hominibus honoratur. Hoc**

modo magnificabat magnus ille Baptista Christum, cum dicebat (Ioan. 1): *Non sum Christus, non sum propheta, non sum Elias: Illum oportet crescere, me autem minui*; cum ergo beatissima Virgo præ ceteris omnibus sanctis, tam hominibus, quam angelis, propter profundiorum eius humilitatem, speculum esset magis concavum, consequens est Deum maiorem multo in se repræsentasse, atque adeo multo magis eum magnificasse, quam omnes puræ creaturæ. Verum licet velis verbum hoc *magnificare* in rigorosa eius significatione sumere, prout importat, *magnum facere*, quod antea parvum erat, adhuc secundum hæc etiam acceptionem omnimoda veracitate dicemus, b. Virginem Deum magnificasse, quia cum parvulus esset in utero eius, per quoddam nutritionem, quod intra uterum et extra uterum ad ubera sua illum lactans exhibuit, varia corporis incrementa ei tribuit, et ex parvulo infansculo puerum, et ex puerio iuvenem, et ex iuvene adolescentem illum reddidit: igitur cum b. Virgo materiam subministravit ad vitale augmentum Christi, merito dicitur Deum fecisse magnum, et in toto rigore illum magnificasse. Sed iam sequentia verba explicemus: *Magnificat anima mea Dominum*. Non potest quidem mysterio vacare, quod b. Virgo patris sui Davidis, in divinis laudibus decanandis supremi choriphæ, stylium molaverit: ille namquam invitabat animam suam ad divinarum laudum exercitium dicens (Psal. 145): *Lauda anima mea Dominum: Benedic anima mea Domino; b. autem Virgo non ait, magnificat, sed Magnificat anima mea.* Non differtor magnum redolere perfectionem in David adeo sibi subiectam habere animam, ut cum imperio possit illi præcipere (Psal. 102): *Benedic anima mea Dominum*; ac longe maioris perfectionis argumentum est, quod b. Virgo dixerit (Luc. 1): *Magnificat anima mea Dominum*: hoc enim loquendi genere aperte manifestavit, non opus fuisse animam eius, quæ continuo Deum magnificabat, ad illum magnificandum excitari, et stimulari: David quidem per externas occupationes compellebatur a divinis laudibus ad tempus cessare, et ilico indigebat excitatione ad illas animam eius revocante; ac b. Virgo, quæ a primo instanti usque liberi arbitrii ab actibus orandi, et merendi nec per momentum se abstinuit, ut tradunt d. Antoninus (4. p. tit. 15. c. 20. § 6), et Albertus Magnus (de b. Virg. c. 17. et 197); idque non solum vigilans, sed dormiens, ut auctor est Rupertus (lib. 5. in cant. in princ.), necnon et d. Bernardinus (ser. 51. art. 1), non indigebat verbis illis excitatoriis ad divinas laudes animam eius stimulantibus. Sanctos quidem homines tanquam ci-tharas quasdam contempler divinas laudes concinentes: interdum tamen pro humane fragilitatis conditione in peccata quadam venialia prolapsentes dissonabant, ac subinde opus erant excitari, et temperari, ut ad pristinum harmoniam, et suavem concentum redirentur; b. autem Virgo cithara semper fuit bene adeo temperata, ut a divina legis norma, aut a rationis regula ne latum unguem unquam discederet, ut sacrum concilium Tridentinum defini-vit, nunquam insuavem concordiam reddebat,

nec sonum quempiam emittat, quod in Dei gloriam actualiter non referret, et ideo non indigeat illo genere excitationis, quod David, et alii Sancti usurpant: et quidem ad hoc significantum consulto voluit Spiritus sanctus, nisi fallor, ut in tota sacra pagina nullibi verbum hoc *Magnificat*, ab alio quam a b. Virgine usurpatum inveniretur: legitimus quidem (Psal. 32): *Magnificate Dominum mecum: Magnificatus es vehementer* (Psal. 103): *magnificat* vero in tertia persona solum hic reperitur.

Age nunc expendamus secundum illud verbum *anima*: arbitrator sane id dixisse. Primo, ut significaret se non vacare divinis laudibus ore solum, et lingua, sed praecepit *anima*; cuius contrarium faciebant illi, de quibus conque-rebatur Deus per Isaiam (c. 29): *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*: cuius generis laudatores persimiles mihi videntur leoni illi mortuo, in cuius ore favum mellis invenit Samson: illi enim licet aliquoquin gratiae vita carentes, divinae laudis favum in ore tantum versant; non sic Deipara Maria, quae adeo Creatori suo intenta erat, ut nunquam ore psalleret, quin et mente divinas laudes meritorie meditaretur. Secundo dixit *anima*, ut omnibus viribus, et potentis illius, per quas ipsa operabatur, Deum se magnificare indicaret. D. Gregorius Nazianzenus (apud Sicut Sen. l. 2. *Biblot.*), et Origenes (hom. 1. in *Ezech.*) aiunt, quatuor animalia in Apocal. Ioanni ostensa quatuor significare animae vires, et affectiones: homo quidem indicabat vim rationis, leo vim irascibilem, bos concupiscibilem, aquila conscientiam, seu spiritum; ut ergo Deipara significaret se his omnibus animae potentis Deum magnificare, dixit *Magnificat anima mea*; adeo autem perfecte, et exacte id praestitit, ut paucis huius cantici verbis in singulis eius versibus divinam magnificentiam commendaret; et cum decem esse constet, illo velut decachorde, aut psalterio decem chordarum coelestis nostra tympanistris divinas laudes cecinerit. Prima: *Magnificat anima mea Dominum*: non certe hunc vel illum, sed absolute simpliciter, et per anthonomiasim, *Dominum*. Secunda magnificentiae eius redemptionem, et salutem: *Et exultavit spiritus meus in Deo salvatori meo*. Tertia resonat magnificentiam Dei in respectu humilium, et eorum beatificatione: *Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Quarta redolet magnificentiam in operatione mirabilium: *Quia fecit mihi magna qui potens est*. Quinta resonat magnificentiam Dei in misericordia, et miseratione erga timentes Deum: *Et misericordia eius a progenie in progeniem, timentibus eum*. Sexta indicat magnificentiam in superborum, et arrogantium conculcatione, et dispersione: *Dispersit superbos mente cordis sui*. Septima magnificentiam in humilium exaltatione, potentibus de sede depul-sis: *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles*. Octava magnificentiam in esurientium saturitate, divitibus vacuis dimissis: *Et dicitis, etc.* Nona magnificentiam in perditorum restauratione, et liberatione misericorditer suscipiente ingratis plebem: *Suscipit Israel puerum su-*

um, recordatus misericordiae suae. Decima tandem commendat Dei magnificentiam in exhibitione et impletione eorum, quae ipse pollicitus fuerat antiquis patribus: *Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini eius in saecula*.

Rursus illud observatio magna dignum esse reor, neminem inter puras creaturas veracium, quam Virginem, dicere potuisse *anima mea*: nam ubi peccatum intravit, continuo servitus dominatur, nullumque libertati illi servituti oppositae relinquens locum, nam ut Ioannes dixit: *Qui facit peccatum, servus est peccati* (Joan. 8): cuius rationem reddens d. Petrus (2. *Petr.* 2) inquit: *A quo enim quis superatus est, huius et servus est*: unde consequens est, ut quot in eo dominatur peccata, totidem dominorum ipse servus sit: cum ergo reliqui omnes peccatum originale contraxerint, necesse est omnium eorum animas non esse suas, sed eius cuius servituti subiaccant: et licet per baptismum peccati originalis macula penitus deleatur, sensus tamen hominis, et cuncta cogitatio eius prona manet ad malum ab adolescentia sua, ut dixit Moyses; unde semper *caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem*, a quo sane servitutis genere, pugnae scilicet carnis contra spiritum, nec per sacrum baptismatis lavacrum fideles liberantur: b. autem Virgo, quae in instanti conceptionis daemonis caput contrivit, peccatum originale non contraxit; et ideo semper libera fuit ab eius servitute, et ab ea, quae captivam animam duxit sub lege peccati: quare ipsa sola inter puras creaturas potuit dicere, etiam in primo momento suae conceptionis, *anima mea*: unde s. Antoninus archiepiscopus florentinus (4. p. *summ.* tit. 15. c. 28. §. 2) expresse docuit, neminem proprie dicere posse, *anima mea*, nisi qui totaliter liberam illam habet ab omni peccati servitute; cuius tria genera ipse assignat: primum est servitus peccati originalis, aut mortalis, iuxta praecitata verba Ioannis (c. 8): *Qui facit peccatum, servus est peccati*: secundum est sanguinis, et propinquitatis, quae non semel captivam tenens animam, ne Deo suo se tradat, plerumque prohibet, ut contigit adolescenti, qui a Christo vocatus, non statim perrexit, sed dixit (Matth. 10.): *Permite me prius sepelire patrem meum*: tertium est servitus illa, qua quis pecuniae obedit, et bonis temporalibus ita tenaciter adhaeret, ut ad Deum ire non sinat. Hanc expertus fuit ille, qui Domino sibi dicebat: *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae possides, et da pauperibus, et sequere me*, Iristis retrocessit, quia multas possessiones habebat, quarum amor tyrannica sub servitute illum tenebat. Cum igitur b. Virgo ab hoc triplici servituti genere omnino libera esset: nec enim iacuit sub servitute peccati (Ezech. 4.): *Anima mea non est polluta, ab infantia mea usque nunc*: cum etiam carni, et sanguini non acquiescit, sed ut vera filia Abrahamae egrediens de cognatione sua, et de domo patris sui, triennis infantula, templo Dei se mancipaverit, et ab omni propinquitatis affectu longe aliena Deo inserviret, ut tradunt d. Ioannes Damascenus (li 4. de orthod. fid. cap. 13.),

d. Gregorius Nyssenus (de nat. Christi.), d. Eppiphanius (li. de vit. B. Virg.), et b. Evodius (apud Nicephorum l. 2): nec tandem inordinata honorum temporalium affectio illi dominata est, quae non coeacta, sed libere pauperem vitam gessit: nam si apostolus Petrus dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te*; certius nullo est, ac manifestius b. Virginem eadem omnia ex animo reliquisse: hinc consequens fit, ut cum sola Deipara ab hoc triplici servitutis genere penitus libera esset, perfectoque dominio pars superior animae eius in inferiorem, quam semper in officio continebat, absque interruptione possetur, ipsa sola potuerit dicere, *anima mea*. At dicit quispiam: si b. Virgo se Deo totaliter donaverat, iam non sua, sed Dei erat, igitur non poterat dicere *anima mea*: nam cum per donationem abdicet a se donans dominium rei donatae, iam non manet illa sua, sed eius cui illam donavit. Ita sane contingit in rebus creaturae donatis; secus autem in multis, quae Creatori donamus, quorum sane dominium non tam amittitur, quam in aliud perfectius, et excellentius commutatur: ad eum certe modum, quo firmus redditur dominium pecuniae, quae in mensa nummularia, aut in tutissimo deposito reponitur. Nulla certe cogitari potest securam magis argentea, aut in tutius aerarium quam Deus: unde qui animam suam illi donat, et in aerario eius illam reponit, tanta gaudet securitate, ut Christus Dominus dixerit (Joan. 10): *Nemo rapit eas de manibus meis*. Licet igitur b. Virgo se totam Deo donasset, recte poterat dicere, *anima mea*: nos si cupimus libere dicere posse *anima mea*, oportet, ut illa super passionem, et effraenem appetitum dominetur, et spiritus carnis petulantiam coerceat. Magnus ille philosophus Plato humanum corpus describens, apte illud cum quadriga composuit, persimile illud dicens currui quatuor rotarum, quem duo potentes equi ducerent, quorum unus gravis, tardus, et pigerrimus; alter vero promptus, velox adeo, ac celer erat, ut operet araugam una manu huius in chamo maxillas constringere ad comprimendam eius viacitatem, altera vero funeo flagello ad alterius torpedinem, ac segnitium excutiendam uti. Quadriga haec quatuor rotarum ad vivum refert corpus humanum quatuor elementis, velut quatuor rotis, constans, quia, instar quatuor rotarum, summa velocitate ad mortis litus illud ducunt. Equi vero, inter se discordes, intellectus sunt, et appetitus; iste quidem velox ad voluptatem, legi inobediens, effraenis, et petulans, ille autem post originale peccatum extenuatus, debilis, ac infirmus torpedinem quandam ad spiritualia exercitia contrahit, et ideo opus est, ut liberum arbitrium divina gratia adiutum freno, et flagello utatur: fraeno quidem ad insolentiam appetitus compescendam, flagello vero ad segnitium, et pigritiam intellectus propulsandam; id si quis praestiterit, licebit ei dicere *anima mea*, alioquin minime, cum potius sit eius cui vitiose servit, non sua. Ad extremum minime mysterio vacare crediderim, quod b. Virgo, non dixerit: *Magnificat anima mea Deum sponsam, aut*

filium, sed *Dominum*: existimo id consulto fecisse, tum humilitatis studio ducta, ut se ancillam illius fateretur, non sponsum, aut matrem, quae magnam dignitatem redolet; dominus autem recte dicitur ad servum: ut veram ergo Dei servam, et humilem ancillam se esse profiteretur (Luc. 1). *Magnificat, dixit, anima mea Dominum*: tum etiam dixit *Dominum absolute*, et sine restrictione, utpote qui non fortuna, ut aiunt, aut industria, sed natura Dominus esset: in hoc enim sensu regina Esther dicit (c. 13): *Dominus universorum tu es, et in ditione tua cuncta sunt posita*: et in eodem etiam regius vales cecinit (Psal. 83): *Nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus super omnem terram*: immo Iudith dixit, soli Deo complere nomen Domini (Iudith 9): *Dominus nomen est tibi soli, qui solus es Dominus, fortis, et potens*.

Hominis quidem regiam potestatem ab hominibus accipiunt, quatenus humanae reipublicae sibi unum praeesse statuunt, et ei potestatem supra ceteros omnes conferunt, eius dominio sponte se subdentes. At Christus pluribus, et nobilioribus titulis regiam consecutus est potestatem, qui quique praecipue sunt. Primum est *iure unionis hypostatiticae*: ex quo enim ille homo Deus est, et humanitatis divinitatem sibi coniunctam habet, omnium creaturarum spirituum, et corporaliun, coelestium, et terrestrium, dominium, et potestatem habet. Huius tituli meminuit Athanasius (in serm. de Deip.), et Cyrillus (lib. 3. in Ioan. cap. 2. et lib. 2. cap. 15), ubi docet Christum uti hominem accepisse a Patre potestatem super omnia, ex quo nimirum homo ille divinitatem accepit, quam Filius habet a Patre. De quo titulo illud est (Matth. 11): *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*, ut probat Damascenus (orat. 1. de Nat. b. Virg.). Secundum est *iure redemptionis*: ex quo enim suo sanguine nos redemit, Dominus est absolutus noster multo magis, quam dominus alicuius servi emptitii, quod ius habuit ab instanti incarnationis: quavis enim tunc nondum sanguinem effudisset, tamen effundere decrevit, et eius efficacem voluntatem Pater acceptavit, et nostram Christus promeruit redemptionem. Hoc dominium universale est omnium creaturarum, non solum terrestrium quidem, nam cum ipsae ad plenum dominium Christi *iure redemptionis* pertineant, etiam quae ipsius sunt, perlineant; coelestium vero, quia fructus redemptionis etiam in illorum utilitatem redundavit: civitas enim illa coelestium spirituum perfecta est hominum redemptione; de quo titulo est illud (Matth. 28): *Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra*: nimirum, postquam completa est redemptio; hoc enim dictum est post resurrectionem: datam autem sibi dicit potestatem quantum ad exercitium, et usum, nam quantum ad facultatem obtinuit eam ab instanti incarnationis, uti diximus. Meminit huius perexcellentis tituli Bernardus (lib. 3. ad Eugen.): *Christus, inquit, possessionem sibi vindicavit iure creationis, et merito redemptionis, et dono Patris*; haec Bernardus. Ius creationis habet ut Deus; merito redemptionis, et donum Patris, ut homo: *donum Patris* appellat unionem divinitatis: nam unire divinitatem humani-

fati donum fuit Patris, concessum humanitati illi. Tertius est iure haereditatis: ex quo enim ille homo Filius erat Dei, paternam obtinuit haereditatem, quae est dominium plenum omnium rerum: *Si enim Filius est, et haeres, ut dixit d. Paulus (ad Rom. 8);* de quo titulo est illud (*Psal. 2*): *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam;* et (*Matth. 21*): *Hic est haeres: et (ad Heb. 1): Locutus est nobis in Filio, quem constituit haereditem universorum.* Quartus est iure donationis; data enim sunt a Deo omnia Christo homini in dominium, de quo (*Ioann. 18*) dictum est: *Sciens, quia tradidit ei omnia Patris in manus, et (Ioan. 17): Dedit ei potestatem omnis carnis.* Quintus est iure meriti: ex quo enim homo ille Patri satisfecit, et honorem peccatis hominum laesum propria morte reparavit, meruit ab ipso Patre omnem honorem, et dignitatem. Huius tituli meminit Paulus (*ad Phil. 2*): *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* His igitur modis dominium Christi perfectius est omni potestate, et dominio humano ex parte tituli, et iuris. Secundo perfectius etiam est ex parte plenitudinis potestatis, et domini: domini enim inter homines non habent plenam potestatem in ipsis, nec possunt imperare quaevisque velint; nec subditi regum sunt eorum servi: at Christus plenum dominium, et potestatem habet supra homines, potestque praecipere quaevisque velint, et obligare nos ad ea omnia, quae velint, viliaeque, ac mortis nostrae habet integrum imperium, unde potestas eius est temporalis, et spiritalis, nimirum regiae, et sacerdotalis. Tertio perfectius est ex parte eorum, quibus dominatur, est enim, ut diximus, omnium rerum Dominus, imperat enim angelis, daemonibus, ac creaturis insensibilibus, et obediunt ei omnia, etiam quae sensu carent. Si autem loquimur de dominio, quod habet in homines, regnum eius et potestas supra omnes gentes est, nec solum vivos, sed etiam mortuos complectitur: ex his autem non eos solos qui sunt in caelo, sed etiam eos, qui in purgatorio, et in inferno sunt: dominatur enim etiam in his per iustitiam suam. Quarto ex parte superioris, neminem enim habet supra se, sed illa humanitas soli est divinitati subdita, sub se habens omnes potestates; inde Rex est regum, et Dominus dominantium. Quinto ex parte durationis: hominum enim principatus morte complentur, postquam non iam reges, aut principes sunt, aut ullam in alios habent potestatem, iuxta illud (*Psal. 48*): *Cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum e gloria eius;* at Christus morte non amisit potestatem, sed permansit eius imperium, et manebit in aeternum, nec unquam dissolvetur, aut ei alius succedet, ut Daniel vaticinatus est (*e. 2*): *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissolvitur, et regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet au-*

tem, et consumet universa regna haec, et ipsum stabit in aeternum: quod ideo dictum est, quia saeculo hoc consummatio cessabant omnes principatus, et regna hominum; at regnum Christi, eiusque dominium, et potestas permanebit etiam in futuro saeculo sine fine. Advendum est tertio, habuisse quidem Christum hanc regiam potestatem, ut diximus, ab instanti incarnationis, cum ex unione Verbi incarnaverit: unde et a Magis tamquam rex quaeritur, et in inconvulvis adoratur, et numeribus afficitur, ut d. Matthaes (*e. 2*) narrat: *Ubi est, qui natus est rex Iudaeorum?* et ingressus Ierusalem cum pompa, regium nomen non refutat, sed acceptat (*Luc. 19*): *Benedictus, qui venit in nomine Domini, rex Israel:* et Iudaeorum principibus id aegre ferentibus respondit (*Ioan. 19*): *Si isti tacebant, lapides clamabant: et passionis tempore regem se esse non negavit (Ibid.): Tu dicis, quia rex sum ego: et in titulo crucis nomen regis deleri non permisit: illa enim Pilati vox, quod scripsit, scripta, ex divina dispositione emanavit.* Fuit igitur verus Rex, ac verus Dominus, etiam dum in hoc mundo visibiliter conversabatur; tamen non exercuit potestatem hanc, sed repressit, obediens factus etiam hominibus usque ad mortem: non enim venerat iudicare, sed salvare, non ministrari, sed ministrare, et animam suam dare in redemptionem pro multis, quod tanto magis eius humilitatem commendat, quod cum Rex regum esset, et Dominus omnium, subditum se fecit etiam pessimis hominibus propter nos. Praecesserat figura huius rei in David, qui multo ante fuit unctus rex a Samuele, qui regnare, et potestatem exerceret Saule regnante, a quo multa passus est. Non tamen illa se huius potestatis exercitio spoliavit, quin etiam ante mortem, exigentibus causis quibusdam, eam exercuerit, ut exterioribus operibus, eius, quae latebat, significationem aliquam praebere: nam (*Luc. 8*) legione daemoniorum in porcorum multitudinem magnam ire permisit, et occidi fecit, tamquam Rex, et Dominus omnium: eo enim opere placuit uti ad suae divinitatis ostensionem: et (*Luc. 22*) eadem potestatem asinam, et pullum solvi, et sibi afferri iussit dicens: *Dicite quia Dominus his opus habet: et (Ioan. 2): Omnes ciecit de templo vendentes oves, et boves, et nummulariorum effudit aes, et mensas subvertit, quod insignis fuit potestatis, et domini: et (Marc. 2) ficum exsiccat, et (Ioan. 8), adulteram a poena legis moysaeae liberavit, et a Magis adorari voluit, et acclamationes regias, ut diximus, admisit; et passione imminente militibus praecipit, ut discipulos suos liberos abire permitterent. Haec omnia potestatis sunt regiae, non qualiscumque, sed absolutae, et perfectae, qualis erat in homine veri Dei Filio. Post resurrectionem vero, ut supra dixi, plenum potestatis exercitium assumpsit (*Matth. 28*): *Data est mihi omnis potestas in caelo, et terra: quod quidem ipso opere significavit, mittens discipulos in universum orbem praedicare evangelium, et legem omnibus impertiri, nulla regum, aut principum facultate requisita, tamquam verus Dominus dominan-**

tium, et Rex regum, et modo in caelis regit, et gubernat invisibiliter. Ut enim rex in una civitate residens ceteras regni partes regit; sic Christus residens in caelis, quae mundi huius sunt, gubernat per scientiam, et potentiam fortiter, et suavitur omnia attingens; illic punit delinquentes in hoc saeculo, illic Ecclesiam suam defendit, dirigit, et protegit. Haec ex Cardinali Toletio de Christi dominio mutuavi, quia, quae nos de hoc genere argumenti elaboravimus, lateque scripsimus, elapsis amicus dedimus inter novem libros, quos S. D. N. Paulo V. gratia Dei adiuti, sacravimus; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XI.

In eadem verba: Magnificat anima mea Dominum: excimia Deiparae Mariae gratitudo erga Deum explicatur, pariterque docetur, relatis ex Patrum doctrina variis de gratitudine animalium exemplis, quantum oporteat, nos gratos esse Deo, non solum in magnis, sed in minimis, et tam in adversis, quam in prosperis.

Apud antiquos Patres vetustissimus hic mos inolevit, ut cum singulare aliquid beneficium divinitus suscepissent, continuo divinas laudes concincentes, varia cantica componerent, quibus grati animi sui significationem praebere. Hic gratitudinis, ac divinae laudis spiritus Mariae Moyses sororem impulerat, ut parla de Aegyptiis vicloria, et populo israelitico in deserti securitate educto, simul cum hebraeis mulieribus tympanum acciperet, et illud canticum usurparet (*Ex. 15*): *Cantemus Domino; glorioso enim magnificatus est, equum, et ascensorem eius detecit in mare.* In quo sane sacratissimae Virginis typum gessit, non modo quia Mariae nomine erat insignita; sed quia idem fere argumentum utriusque fuit; nisi quod soror Moysis typicam, beata Virgo veram, proferat, et consummatam de spiritali Pharaone, et exercitu eius per Christum victoriam, nostri generis liberationem, superiorum deiectionem, et humilium exaltationem cecinit. Eiusdem generis fere et argumenti est id, quod Sisara Chanaanorum duce occiso, Deborah, et Barac cecinerunt, his verbis (*Jud. 5*): *Qui sponte obtulisti de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.* Idem et quod Iudith obruncato capite Holofernis principis regis Assyriorum decantavit, dicens (*Judith 15*): *Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmm novum, exaltate, et incoecate nomen eius.* Quid memorem Annam Samuells, quae cum iam a probro sterilitatis ad honorem matrisfamilias processisset, tantam animi sui gratitudinem cantico suo declaravit, ut summum quodvis beneficium accepisse videretur? Mirro Tobiae canticum, ubi pro accepta caecitatis curatione; Ezechiae vero regis pro vitae prorogatione; Salomonis in gratiam sponsae suae

filiae regis Pharaonis, et in typum spiritualis desponsationis Ecclesiae cum Christo; trium puororum in fornace, in gratiarum actionem, quod illos Deus salvos, et incolumes ab igne reddidisset; Ioniae, ad flectendam Dei misericordiam, ut a cete emerget; Habacuc vero, ut aliquando populus israeliticus et babilonica captivitate liber in patriam regrederetur. Istud quidem, quod sacratissima Virgo cecinit, omnium fere argumenta complectitur, si modo res, quae tunc in figuris illis contingebant, ad veritatem perduci commonstrerent. Cecinerunt quidem pueri inter medias fornacis flammam, quia ignis non tetigit illos; cecinit Maria, quia inter medias originalis peccati flammam non solum voracissimus ignis non tetigit, sed neque fomitis peccati scintilla eam invasit. Cantavit Maria soror Moysis, quod populum israeliticum a Pharaonis imperio liberaverat; cecinit Maria, quod aeternus Pater iam Filium suum misisset, ut a tyronice diaboli servitute genus humanum liberaret. Cecinit Ezechias propter beneficium augmenti quincidim vitae annorum; cecinit Maria, quia Christus venerat, ut peccatores vitam habeant, et abundantius habeant, ut ipsemet dixit. Cecinit Moyses, quia legem a Deo latam promulgabat; cecinit Maria, quia legislatorem ipsum utero suo gerebat, qui novam legis gratiae normam promulgaturus erat. Cecinit Anna, quia Samuelem prophetam generaverat; cecinit potiori iure Maria gratulabunda, quia prophetas illuminantem, et caput ipsum prophetarum conceperat. Cecinit Debora propter beneficium liberationis populi israelitici; cecinit Maria propter beneficium redemptionis generi humano collatum. Cecinit Habacuc Christum a longe venturum; cecinit Iudith Pharaonem Christi adventum. Cecinit Simeon, quia semel, et ad breve tempus infanlem Iesum ulnis suis accepit; cecinit Maria, quia iam Christum per tres menses in ventre gestabat, per sex alios eundem gestatura. Cecinit tandem Zacharias, quia cum mutus esset, verbum oris ei restitutum erat; cecinit Maria, quia Verbum Patris ei datum fuerat, ut intra viscera sua carne illum indueret. Propter haec ergo tam sibi, quam humano generi collata beneficia grati animi significationem Deiparae praebens, debitas gratias Deo referens, in illa verba prorupit (*Luc. 1*): *Magnificat anima mea Dominum.*

Hoc Mariano exemplo vellem omnes fideles accendi. Primo, ut sicut Maria laudata, et commendata ab Elisabeth ad divinas laudes se concertavit, ita et nos ab aliis laudati idem faciamus, in largitorem omnium bonorum Deum, quidquid est in nobis laude, et commendatione dignum referentes. Nam si in nobis sistamus, bonaque virtutum officia nobis adscribamus, de ipsisque superbe efferaur, fures sumus, et latrones, usurperae omnino quod Dei est. Formidandum est nobis exemplum Herodis regis, qui cum pro tribunali ad populum conlonaretur, illeque acclamaret, *Dei voces, et non hominis: confestim percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, et consumpsit a verbis expravit.* Ut ergo per ingrati animi vitium dona Dei amittuntur, ita

ex eo quod grato animo in Deum donatorem referuntur, conservantur, et perficiuntur. Nam ad locum, unde eceunt flumina, illic et revertuntur, ut iterum fiant (Eccles. 1). Secundo oportet, ut a Virgine discamus sollicitos esse in gratiarum actione, ut et Apostolus monuit, cum dixit (Rom. 12): *Orationi instantes, vigilantes in ea in gratiarum actione*, quibus verbis non obscure mihi indicasse videtur magnam huius exercitii utilitatem, cum, tametsi in oratione varii actus exerceantur, ut fidei, spei, charitatis, humilitatis, et similibus, solius actionis gratiarum meminerit: existimo, ni fallor, id consulto fecisse Apostolum, quia probe agnoscebat ingratiitudinis vitium inexorabilem reddere Deum, ut orantis precibus non annuat, ut enim tam eleganter, quam vere dixit d. Bernardus (ser. 31. in Cant.): *Ingratitudo inimica est anime, exanimatio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio; ingratiitudo ventus urens, sicicans sibi fontem pietatis, rorem misericordiae, fluentia gratiae; propter hoc denique sponsa, mox, ut gratiam de laeva sensit, gratias egit, non expectans plenitudinem, quae in dextera est.* Idem etiam (ser. in Epiph.) alia his non dissimilia scripsit, dum ait: *Gratiarum cessat dicere, ubi recursus non fuerit, nec modo nihil augetur ingrato, sed, et quod accipit, vertitur et in perniciem; fidelis autem in modico, censetur dignus munere ampliori: et alibi idem d. Bern. (serm. cont. pens. vit. ingr.)* quaerens causam, ob quam Deus denegat bonam spiritualia, quae frequentiter ab eo postulamus, cum aliquando ipse dixit (Joan. 10): *Petite, et aperiet vobis, non aliam assignat, nisi ingratiitudinem nostram, quae Deum inexorabilem reddit: verba illius haec sunt: Sed iam omnino noceat frater mei, quid tibi velit, quod minus erga nos liberalis nunc divina clementia videatur, ut quibus tanta contulit non rogantibus, non desiderantibus, immo et fortasse recitantibus, postulantibus, saepissime, inano continue, videatur multa minora negare. Quid enim putamus charissimi? Abbreviata est manus Domini, an forte thesauri gratiae descenderunt? Quid inquam putamus, utrum voluntas mutata sit, an immutata facultas? Neutrum sane de eo aestimare licet, neutrum fas est credere de omnipotenti, et immutabili maiestate. Quid tibi vult ergo, quod incessanter orantes, obsecrantes, postulant non eadem, quibus tantam, et tam gratuita misericordiam praerogavit? Respondet paulo inferius s. Bernar. in haec verba: *Hec, heu! non invenitur, qui redeat et agat gratias Deo, nisi hic alienigena. Nonne decem mandata sunt? et nocem ubi sunt? Meministis credo verba Salvatoris haec esse, novem illorum ingratiitudinem arguentis. Bene siquidem orasse, obsecrasse, postulasse leguntur, qui levaverunt vocem dicentes: Iesu, fili David, miserere nobis: sed defuit eis, quam adiecit Apostolus, gratiarum actio, quando nec redierunt, nec egerunt gratias Deo. Multos quoque videmus usque hodie sati, impotente petentes, quod sibi deesse cognoverint sed paucos admodum novimus, qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Nec reprehensibile, quod instanter petimus, sed plane petitioni negot effectum, quod invenimus in-**

*grati. Et forte hoc etiam clementiae esse videtur, ingratis negare, quod postulant; ne contingat nobis, ut tanto gravior de ingratiitudo iudicemur, quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur exultasse. Sane ingratiitudo nostra adeo excrevit, ut et ipsa bruta animantia omnis rationis expertia aperitissime illam damnenent, cum nobis ingratiitudinis morbo laborantibus erga illos qui variis beneficiis nos cumularunt, illa suis benefactoribus gratissima se exhibeant; ut enim refert Fulgosius, Tili Sabini canis dominum in carcere nunquam deseruit, eoque postea ad scalas Gemonias deducto, in gementium morem latrandum semper domino adstitit; et mirantibus hominibus, panem, qui oblatas erat, non manducans, ori domini admovebat: qui postquam in Tyberim prociectus fuit, in annum secutus dominum, ut poterat, ex aqua caput eius elevabat, quem vivere adhuc arbitrabatur; quibus enim potuit modis, gratias referre exiit, quod ab eo enutritus esset. D. Ambrosius (lib. exam.) rem mirabilem refert de gratitudine cuiusdam canis, quem elsi paucis perstringere potuissem, verba tamen d. Ambrosii ita omnibus pergrata erant, ut non moleste ferant, me ille referat; sic enim ait: *Quis tam tenax potest esse benefecit, et memor gratiae, scilicet ut canis, quandoquidem pro domino etiam in latrones insilire nocuerunt, et extraneorum accessus prohibere nocturnos, et mori pro dominis, et commori cum dominis sint parati? saepe etiam necis illatae eidentia canes ad redarguendum roos indicta prodiderunt, ut nuto eorum testimonio plerumque sit creditum. Antiochiae ferunt, in remotiori parte urbis crepusculo necatum virum, qui canem sibi adiunctum habere. Miles quidam, praedandi studio, minister caedis extiterat, lectus idem tenebrosus adhuc diei exortio in alias partes concesserat. Iacebat inhumatum cadaver, frequens spectantium vulgus adstabat, canis quaestu lacrymabili domini defebat aerumnam. Forte is, qui necem intulerat, ut se habet versutia humani ingenii, quo conversandi in medio auctoritate praesumpta fidem adscisceret innocentiae, ad illum circumspicentis populi accessit coramam, et velut miserans appropinquavit ad funus. Tunc canis sequestrato paupisper questu doloris, arma ulionis assumpsit, atque apprehensum tenuit, et velut epilogo quodam miserabili, carmen immurmurans, uniceos convercit in lacrymas. Fidemque probatione detulit, solum tenuit ex plurimis, nec dimisit. Denique perturbatus ille quod tam manifestum rei indicem, neque odii, neque inimicitiarum, neque invidiae, aut iniuriae alteius poterat obiectione vacare, crimen diutius nequivit resellere. Itaque quod erat difficultis, ultionem persecutus est, quia defensionem praestare non potuit. Quid nos dignum nostro referimus Creatori, cuius ci- bo vescimur, et dissimulamus iniurias? Accedunt ad haec, quae de aliis canibus eruditii Polyanthearum auctores referunt: nam de Livii cane commemorant, quod postquam dominum suum mortuum conspexisset, ab omni cibo prorsus abstinuit, ut domino suo non superviveret.**

Testor etiam ego, in Hispania in civitate

Abulensi canem quendam agnovisse, qui plusquam per integrum annum ab agro quodam non recessit, in quo dominus eius propter quoddam homicidium suspensio interierat, cum tamen agnita huius canis fidelitate, a quibusdam religiosis in monasterium duceretur, singulis diebus locum illum, ubi suspensus fuerat dominus, visitabat; unde propter hanc fidelitatem hoc illi nomen impositum erat *leal*, quod hispano sermone tantum valet, quantum latino *fidelis*. Atque hinc est, quod d. Ambrosius (lib. 6. exam. c. 4) miram canum gratitudinem perpendens, illam ante oculos in haec verba nobis proponit, ut nos gratos reddat: *Ad immemores beneficii, et desideris, atque ignavos clamant Scriptura: Canes multi nescientes latrare: dicit ergo in ore tuo verbum tenere, ne quasi mutus canis commissam tibi fidei custodiam quodam praecaventionis silentio deseruisse videaris. Talis canis viator, et comes angeli est, quem Raphael non otiose sibi, et Tobiae filio adiungendum putavit, quando perrexit, ut Asmodaenum fugaret, et firmaret copulam coniugalem. Memor enim affectus gratia pelletur daemone, stabiliatur coniugio. Mutae itaque specie bestiae sanctus Raphael angelus Tobiae iuvenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiae erudiebat affectum. Quis enim non erubescat, gratiam bene de se merentibus non referre, cum videat etiam bestias refulgere crimen ingrati? Sed iam quod de gratitudine aliorum animalium varii auctores commemorant, subiciamus. Bercorius (verb. gratitudo, et grat. act.) narrat, quod elephas, cum in foveam cecidit, venatorem, qui ipsum ab ea extrahit, benevolens animo illum sequitur, et omni ferocitate deposita, propter susceptum beneficium edomat. Narrat etiam Fulgos. et refert Polyanthea, quod quum Pyrrhus urbem Argos irrumpisset, elephas in urbis porta magistrum, a quo regebatur, mortuum praesensit; cuius rei dolore percitus, sine discrimine amicos, hostesque urgendo, inter hostes progressus, prius non destitit, quam magistri corpus adinvenit. Aulus Gellius (noc. act. c. 14), et Fulgos. (lib. 5. de gratiis) tradunt de servo quodam, Androodus nomine, qui ad bestias a domino suo damnatus, a quodam leone, cui ipse benefecerat, fuit indemnus servatus. Narrat etiam historia ierosolymitana, quod cum ultra mare esset exercitus christianus, inventi miles quidam leonem, quem serpens longa sua cauda taliter alligaverat, ut non sineret illum se movere; miles miseratione commolus erga leonem, serpentem occidens illum liberavit, cui leo in significationem gratitudinis ob tantum beneficium, perpetuae militis servituti se mancipavit, solebatur praedas, quas per nemora capiebat, ad militem deferre, adeo ut non solum ipse, sed magna pars exercitus cibo illo aleretur. Sed adhuc, quod non minus mirabile est, milite illo ad patriam redeante, mare, et navem intrante, ac leonem dimittere volente, leo mare ingressus dominum suum usque ad mortem sequutus est. Historiographi item in vita s. Hieronymi referunt de quodam leone, quem ipse pede infirmantem curaverat, ad onera ferenda obedientem semper sibi extulisse: iidem etiam cum Ruffino de laena s. Macharii*

CARTHAGENA DE B. M. V. — Vol. I.

referunt, adeo se illi gratam exhibuisse, propterea quod catulos eius liberasset, ut pecundam ac ferarum pelles, ut inde indumenta conficeret, ad Macharium deferret: quid pura? Fulgos. refert, quod in equum Antiochii regis Conartelus Galata, cum regem in praelio occidisset, consensit. Quo facto visus est equus sentire tergo suo domini hunc insidere; unde dentibus apprehenso freno, ita ut nulla iam ratione habens regi posset, ad altissimum saxum celeri cursu contendit, atque ab eo se, insidentemque simul hostem praecipitavit, propria sua necesse domini necem ulius. De aquila deinde idem auctor refert, quod, cum virgine quaedam illam educasset, in huius beneficii gratitudinem, aves, quas accupabatur, et ferebat, posteaque in eodem rogo cum virgine mortua combusta est. Rursus de figride lego apud Bercorium, quod cum in profundam foveam cecidisset, et quidam miles casu transiens, ipsam inde extraxisset, continuo liberatorem suum sequebatur, et cauda blandiendo, qua ratione poterat, gratias referebat. Quid de quadam aspidem dicam, de qua, ut ex Fulgos. tradit Polyanthea, cum in Aegypto in pauperis domo euntria peperisset, et unius filiorum morsu intererunt hospitis filium vidisset, serpens hic filios suos omnes occidit, nec deinceps ultra in ea domo commorari voluit, quasi praecavens, ne simile damnum postea hospiti inferret. In universum tandem de omnibus aviibus, quas gratas suo Creatori se exhibent suavitate suae melodiae, his verbis eleganter descripsit d. Ambrosius (ser. 43. tom. 5): *Nonne videmus minutissimas aves, dum illicentem diem aurora producit, in quibusdam nidorum cubilis varia dulcedine personare, et id studiose agere, prius quam procedant, ut Creatorem suum, quia loquela non possunt, suavitate demulcant? et quemadmodum unaqueque earum, quoniam confessione nequit, modulis prodit obsequium, ita ut videatur sibi devotius gratias agere, quae dulcius personavit: hoc etiam peracto diem cursu similiter facit. Quid ergo sibi vult ista certis temporibus dispersa cantilena, et iugis intentio, nisi gratiarum quaedam sit immoderata confessio? Aves ergo propter elites escas gratias agunt, tu pretiosissimis epulis pascaris, et ingratus es? Quis igitur non erubescat sensus hominum, habens sine psalmodum celebrare diem claudere, cum ipse aves ad gratificandum psalterii suavitate persulset, et eius gloriam non versum dulcedine personare, cuius laudes volucres modulata cantilena pronunciant? Imitare ergo frater minutissimas aves, mane, et vespere, Creatori gratias referendo. Et si es devotior, imitare lusciniam, cui, quoniam ad dicendas laudes tuis diem vincens, operi tuo adde nocturna curricula, et insomnem suscepti laboris industriam psalterii serie consolare: haectenus d. Ambrosius. Verum ego non solum volucres coeli et animantia terrae, sed, et insensibilia, immo, et inanimata gratitudinis tributum Creatori suo incessanter refero observari: terra enim coelestis pluviae aqua irrigata sursum mittit suavissimum florum fragrantiam, et cultori suo plus frumenti referi,*

50

quam ab eo accepit. Unde Seneca (*de benef.*) dixit: *Hominis gratos similes esse fecundae terrae, quae cultori suo uberioris fructus, hoc est, plura grana reddit, quam accipit.* Flumina, quae a mari progrediuntur, ad ipsam laetantur revertuntur, et quasi cum usura, et lucro, quod acceperunt, reddunt: nam amaram, et salsam aquam ab eo mutuantur, dulcem vero, ac suavem ei restitunt. Copiosa Dei beneficia quid quaeso sunt, nisi flumina quaedam, quae ex immenso illo mari oceano divinae liberalitatis, et munificentiae proficiuntur? quae proinde oportet, ut per gratiarum actionem, omnia nobis in Deum referentibus, ad ipsam revertantur, ut his verbis eleganter dixit d. Bernardus (*super Cant.*): *Origo fontium, et fluviorum mare est, virtutum, et scientiarum Dominus Iesus. Quis enim Dominus virtutum, nisi ipse Rex gloriae? sed, et iuxta Annae canticum, idem ipse Deus scientiarum Dominus est, continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo ex illo fonte manant. Non solum autem, sed et si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. Thesauri etiam sapientiae, et scientiae tibi omnes absconditi sunt. Quid? Casta consilia, iusta iudicia, sancta desideria, nonne virenti filius illius sunt? Quod si copiae aequarum secretis, subterraneisque recursibus incessanter aequora petunt, ut inde recursus ad visus, usque nostros iungi, et insalubri erumpant obsequio, cur non etiam spiritualis rivi, ut arca mentium rigare non desinant, proprio fonti, sine fraude, et sine intermissione reddantur? Ad locum unde exeunt, revertantur flumina gratiarum, ut iterum fluant. Consonant his, quae acule dixit Plutarchus (*in moral.*): *Sicut mensarii non gratiam reddunt deposita pigra, ut quae in hoc ipsum acceperunt, restituant, sic nos, quod a diis accepimus. Ad haec quid est, quod David dicit (Ps. 18): *Coeli enarrant gloriam Dei, nisi quod pro beneficio pulchritudinis, et soliditatis sibi collatae, clamoroso quodam silentio divinam liberalitatem commendat? Sol deinde regulari suo motu ab Orienti ad Occidentem plagam incessanter girans, Creatorem suum absque ulla interpolatione laudat. Unde est, quod cum ad praecipuum Gedeonis, olim illo dicente (*cap. 10*): *Sol contra Gabaonem ne movearis, sol a motu suo, et consequenter a divina laude, quam per regularem suum motum Creatori suo exhibebat, cessarit continuo, Iosue, quia videbatur sibi cetero motum prohibens, quasi os eius ad divinas laudes promendae sibi obtulisse, ipse absque ulla mora, os suum aperuit ad illas prosequendas, et vice illius concinendas, ut adverbi paraphrasae chaldaeus, qui super citata verba: *Sol contra Gabaonem ne movearis, inquit: Laudabat Iosue coram Domino Iehova, et ait: Sol contra Gabaonem ne movearis. Ac tandem orbis terrarum, de quo Salomon dixit (Sop. 1): *Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, pro beneficio suae creationis, continuo laudat suum Creatorem, dum omnibus nobis uberm illum laudandi materiam abunde suggerit. Hinc Trimegistus (*lib. Pima. Da. 5*), sic nuncupatus, quasi *ter Maximus*, diceretur, quia et summus sacerdos, et sa-******

pietissimus philosophus, et rex potentissimus esset, in libro Pimandri dixit: *Tota mundi conspiratio, et rerum pulcherrimus ordo contemplandi Deum materiam suggerit: est enim natura veluti liber unus divinitate plenus. His persimilia sunt verba magoi Basilii (*ho. 11. Examer.*) dicentis: *Mundus hic universus, veluti liber quidam inscriptus est, ut Dei gloriam denuncians ocellum, et invisibilem Deo maiestatem per se ipsum annuncians tibi, qui mentem habes ad intelligentiam veritatis.**

His ab animantibus, et a rebus inanimatis peccatis exemplis vellem vos omnes non solum excitari, sed et inflammari ad gratitudinem erga Deum praeslandam; ut tamen perfecta illa sit, et omnibus numeris absoluta, oportet duo apprimere observare. Primum, ut non solum pro magnis, sed pro minimis beneficiis assuescat animus Deo gratias reddere, ut his verbis eleganter dixit d. Bernardus (*ser. 51. in Cant.*): *Diligenter considera, quae tibi apponuntur, ut nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla; denique conetur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima beneficia oblivisci; haec Bernardus: quae mihi sane didicisse videtur ex verbis illis Christi Domini (*Matth. 25*): *Euge serve bone, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: immo d. Augustinus (*lib. 2. Conf. c. 7. l. 1*) non solum gratias agebat pro magnis, et parvis beneficiis, sed et pro malis, quae non fecerat: sic enim Christum Dominum alloquebatur: *Gratias tuae deputo, et misericordiae tuae, quia peccata meae, tanquam glancium solvisti; gratiae tuae, et quaecumque non feci mala; quid enim facere non potui? Secundum est, ut non solum in prosperis, sed et in adversis gratiae Deo referantur: id enim aperte voluit d. Paulus, cum dixit (*Coloss. 3. 17*): *In omnibus gratias agentes, hoc est, tam in secundis, et felicibus, quam in molestis, et infortunatis successibus. In cuius figuram lego, fortissimum illum ducem Aod aequae bene sinistrae, ac dexterae manu ense usum fuisse ad expugnandos hostes; simileque huic est, quod Aristoteles (*lib. 2. Politic.*) commemorat, dum ait, Platonem hanc legem instituisse, ut civis omnes ad arma exercenda indifferenter, et indiscriminatim, dextera, et sinistra uterentur. Hac dextere praediti esse debent rerum eventibus gratias Deo referant: *In omnibus gratias agentes: quod et philomela, suavissimi cantus avis, nos facere monet, dum ita suavi canit concentu in caliginosae noctis tenebris, ac in ipso aurorae, aut meridiei tempore.*****

Sed audiamus, si placeat, quae catholicae Ecclesiae Patres in hoc eodem genere argumenti sapienter scripserunt. D. Augustinus explicans illa verba: *Benedicam Dominum in omni tempore, inquit: Dicis, quando benedicam Dominum? Ait tibi aliquis, quando tibi beneficit, quando abundant secularia, quando multum abundant frumenti, olei, vini, auri, argenti, mercipiorum, pecorum, salusque ista mortalis incorrupta persistit; ea, quae nascuntur, crescant omnia, nihil immatura morte subtrahitur, felicitas tota abundat in domo, circumspicit omnia, tunc be-*

nedices Domino? Non, sed in omni tempore. Ergo, et tunc, et quando ista secundum tempus, et secundum flagella Domini Dei nostri turbantur, auferuntur, minus nascuntur, iam nata dilabuntur, et inde sequitur penuria, egestas, labor, et tentatio. Sed tu, qui cantas tibi: benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, et quando ista dat, benedic, et quando ista tollit, benedic. Quia ille dat, ille tollit, sed seipsum a benedicente se non tollit. Idem etiam s. Augustinus (*super Psalm. 91*) alia pio eius pariter, et ingenioso animo digna, versans illa verba: *Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo Altissime: ad annuncianum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem, in hunc modum scripsit: Canta ore, psalle operibus. Ad quam rem? Ad annuncianum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Quid tibi vult, quia mane annuncianum est misericordia Dei, et per noctes veritas Dei? Mane dicitur, quando nobis bene est; nox dicitur, quando tristitia tribulationis est. Quid ergo dixit breviter? Quando tibi bene est, gaudes Deo, quia misericordia ipsius est. Sed dices: si misericordia Dei est, quando bene mihi est, crudelitas ergo ipsius est, quando male mihi est. Non, sed quando bene est, lauda misericordiam, quando male est, lauda veritatem, quia qui peccata flagellat, non est iniquus. Iam in nocte erat Daniel, erat enim in captivitate, quando Deum laudabat, in lacu erat, et per noctem confitebatur veritatem Dei; dicebat enim: *Peccavimus, inique egimus, iniquitatem fecimus. Tibi Domine gloria, nobis confusio. Cum misericordiam annuncias mane, et veritatem per noctem, semper laudas Deum, semper confiteris Deo, et psallis nomini eius. In deachordo psalterio, cum cantico in cithara, hoc est, verbo, et opere. Cuius cantico in verbo, in cithara, in opere. Hanc eandem doctrinam docuit nos d. Ambrosius (*ser. 7*), nam exponens verba illa: *Memor fui nocte nominis tui, ait in haec verba: Non magnum est, si tunc Domino gratias agas, quando in prosperis et secundis es; sed si tunc adheres Christo, quando te persecutio exangit, quando aliqua procella perturbat, amisisti filium; in illo dolore, in illa nocte, in illa destitutione, memento Domini Dei tui, ne in tua praecarieris aerumna: pulsus in exilium, memento, memento Domini Dei tui, patriae interdictae charitatem Deo praeferas; alicuius divitis oppressus potentia, amisisti proprias facultates, memento Domini Dei tui, ne te nox egestatis abducat a devotionis affectu: hoc est enim mandatum legis, ut id nocte magis quaeras, quando magis exardiat a Domino, et possis dicere: In tribulatione invocavi Dominum. Ac tandem d. Bernardus (*serm. de Cant. Ezechiae Regis*) explicans illa verba: *De mane usque ad vesperam finies me, sic ait: Finies me, id est, consummabis me. Non in solo mane visitationis, aut tantum in vespera tentationis, sed in utroque simul erit perfectio mea. Stultus ego, qui tantum sperabam usque ad mane, cum David dicit: A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino. Et quoniam pusillus in spe, quasi leo, sic contrivit omnia ossa mea, et quibus omne videlicet, de quo adhuc sub tutela gratiae fu-****

turorum improvidus confidebat. Contrivit autem diaboli, qui tanquam leo rugiens circum quietans, quem decoret, Tu ergo Domine hae conturbatio humiliatum, et probatum, de mane usque ad vesperam finies me; quoniam factum est vesperae, et mane dies unus. Quomobrem ego, ut didici, benedicam Dominum in omni tempore, hoc est, mane, et vesperae; non sicut ille, qui confitebatur tibi, cum benefecisset ei; non sicut illi, qui ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt; sed dicam cum sanctis: si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Et in mane quidem, sicut pulvis hirundinis, sic clamabo, in vesperae autem meditabor, et columba, quatenus et cum gratias matutinum arviserit, in modum hirundinis exultans, et clamans gratias agam pro visitatione: et cum vesperae ingruerit, non deris sacrificium esperium, cum instar columbae gemens lacrymans fundam in tribulatione. Sic enim describit utrunque tempus Deo, cum, et ad esperum demorabitur stetus, et ad matutinum laetitia. Placeat utrunque fletus, et peccator compunctus, et iustus decolus, cui et regione displicet iam ingratus stultus, quam peccator securus; haec tenus d. Bernardus: quibus tam in secundis, quam adversis gratos nos Deo esse debere docet. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XII.

In eadem verba: Magnificat anima mea Dominum: idem gratitudinis argumentum prosequimur, tres illius gradus ex sententia d. Thomae multiplici tan humanam, quam sacra eruitione illustrantes, paucisque contra ingratitude vitiis invehimur, ac de divinis laudibus in gratiarum actionem decantandis non pauca tradimus.

Ut virtutem gratitudinis Deo valde charam, et nobis mirum in modum utilem ad praxim reducere facilius valeamus, oportebit varios illius exponere gradus, ut quantum cum divinae gratiae adiutorio possibile nobis fuerit per illos omnes ascendentes, Creatori, ac summo benefactori nostro grati existamus. Assignat angelicus doctor s. Thomas hos omnes gradus (*in 2. 2. quaest. 106. art. 2*) dicens: *Habet tamen diversos gradus secundum ordinem eorum, quae ad gratitudinem requiruntur. In qua primum est, quod homo accipit beneficium recognoscat. Secundum est, quod laudet, et gratias agat. Tertium est, quod retribuat pro loco, et tempore secundum suam facultatem. Ecce sanctus Thomas primum, et infimum gradum gratitudinis constituit beneficii recognitionem. Hoc gratitudinis genus, lametsi infimum, tamt faciebat s. Theodoros Ancyrae episcopus, ut in concione habita in Concilio Ephesino (*ca. 10. tom. 6*) diceret: *Solet uberior illis obviare, qui grato animo gratiam accipiunt: tantum enim plerumque donorum praestatur, quantum eorum est gratitudo, qui eiusmodi donis potius**